Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0001-9

Em 432

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0002-5

PALMA EXALTATA
ET
CEDRUS ODORIFERA,
ARBORES CRESCENTES IN MONTE LIBANO.
ID EST,
JUSTI PLANTATI IN DOMO DOMINI.
IN
CONDUCTU MOESTISSIMI FUNERIS
REVERENDISSIMI ET DOCTISSIMI VIRI
AC
DOMINI
JOHANNIS PHILIPPI FRESENII,
SS. THEOLOGIÆ DOCTORIS, VENERANDI MINISTERII SENIORIS, CONSISTORII ASSESSORIS MERITISSIMI, PASTORIS VITA SACRA, SCIENTIA ET MERITIS GRAVISSIMI,
CARMINE HEROICO EXPOSITÆ
A
GODOFREDO GUAITTA,
POESEOS CULTORE ET PARENTATORE MOENO - FRANCOFURTENSI ORDINARIO,
DEFUNCTI PATRIS SPIRITUALIS FILIO EJUS SPIRITUALI INDIGNO,
PATRONO SUO IN VIVIS EXIMIO.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
TYPIS HENRICI BAYRHOFFERI.
1761.

121
9
A 4
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0003-1

Textus ante funeris Conductum.

Juſti lucebunt ſicuti Sol in Regno Patris ſui. Matth. 13. v. 43.

Palma. Sol. Cedrus.

Textus funebris Pſal. 92. v. 13. & 14.

Juſtus ut Palma virebit, & ſicut Cedrus Montis Libani creſcet, plantati in Domo Domini, in Atriis Domus Dei noſtri virebunt.

Juſtus ut Palma virebit.

DAvid Rex celſus, Pſaltes ſanctiſſimus ille
In ſanctis Pſalmis *Juſtum* deſcribit adinſtar
Palmitis umbroſæ, partes quæ viret in omnes,
Hyeme & æſtate en! Foliorum Fronde vireſcit,
Pondere preſſa patens, adverſâ mole reſurgit. *a.*

a Plinius de Palma lib. 3. Cap. 4. & lib. 16. Cap. 42.

APPLICATIO.

Juſtus, Præco Dei clari Verbique Miniſter
Palma talis fuerat celebris FRESENIUS ille
Credidit in Chriſtum, Fidei ſic luce beatus. *b.*
Sæpius adverſo jactatus Turbine Fati,
Deſerit Eventus Conatus rite ſecundus,
Aſpera Fata premunt, negat hìc Deus ipſe ſucceſſus:
Spiritus aſt ſancti ſemper virtute perunctus
Participem ſe ſe Caſus ſociatur in omnes,
Etſi Curarum graviori Pondere preſſus
Firmior ille Fide en! Palmæ viritantis adinſtar
Exurgens, Fidei Frondes extendit in altum.

b. *Actor.* 13. *Rom.* 3.

Et ſicut Cedrus Montis Libani creſcet.

Eſtque *Cedro* ſimilis libanito in Monte virenti,
Non ſentit Cariem, Tineas nec ſentit agreſtes,
Ambroſium pariter per Campos ſpargit Odorem
Vertice frondifero rutilantia ſidera tangit. *c.*

c. *Plinius ibidem.*

APPLICATIO.

Eccè *Cedro* ſimilis fuerat FRESENIUS ille
Ambroſium Scriptis, (Doctrinâ & Vitâ) ſparſit odorem,
Non ſentit Cariem nec durum Turbinis Ictum,
Nec ſentit Tineas animarum Corda necantes,

Ecce Fide is firmâ devicit Dœmonis æſtus
Hoc Fidei ſcuto ſuperavit in *Arce* ſagittas, *d.* d. *in Domo Domini. in Eccleſia Dei.*
Atque triumphatâ toties de Morte diſertus
Ipſemet Heu! moriens victrices portat Olivas
Sic *Cedrus* aſcendit! FRESENIUS! Axe triumphat.

Plantati in Domo Domini, in Atriis Domus Dei noſtri virebunt.

Legis Doctores, Verbi verique Miniſtri
Ut *Palma* atque *Cedri* plantati in Arce Potentis,
Corporis & Mentis forti Certamine pellunt
Surgentes Auſus, Fidei ſic Serta reportant,
Sic *Bona* cuncta favent illis, ſic munera portant, *e.* e. *Rom.* 8.
Tinea nec rodit, Caries populatur nec ulla.

APPLICATIO.

Sic plantata fuit *Palma* hæc in Arce Tonantis
Sicque *Cedrus* crevit, frondes extendit in altum,
Sic & in Arce Dei vernat FRESENIUS ille
Sic *Bona* cuncta favent, en! ſic bona munera portat:

Principis Haſſiaci primò ſignatur ad Aulam *f.* f. *Præco Aulicus Darmſtadienſis.*
Orator præſtans animo linguâque diſertus,
Poſt annos aliquos præſtò eſt & in Urbe Giſenſi
Puplicitus Cathedræ jurata Negotia tractans *g.* g. *Profeſſor Theologiæ Giſenſis.*
Lumen Palladii! Decus! Columenque Suorum!
Mox *Francofurti Petri* conſcendere Cymbam *h.* h. *Paſtor ad St. Petrum Francofurti.*
Juſſus, en! è Cathedrâ explanat Myſteria Verbi
Aures inebriat cunctorum Nectare dulci.

Pòſt Catharinæ ædes cœpit Paſtore carere
Paſcebat ſanctam hanc ædem FRESENIUS ille *i.* i. *Paſtor ad St. Catharinam ibidem.*
Verbo & Exemplis, Pietate & moribus almis:
Cumque igitur Verbum hìc pleno deprædicat æſtu;
En ſubito Helmſtadii doctas ſignatur ad Aras
Profeſſor celſus, pariter Celſiſſimus *Abbas*, *k.* k. *Profeſſor & Abbas Helmſtadienſis.*
Aſt hunc ſplendorem ſubmiſſo reſpuit Ore:
Anno hìc vix uno Paſtor ſacra Dogmata ſparſit,
Heus! primus Paſtor *Waltherus* morte peremptus:

Tandem FRESENIUS Pietate nitensque Decore
Virtutum, *Dignus!* Majora ut Culmina Honoris
Poſtulet, ut *Lumen* flammâ crepitante locandus
Eſt Candelabro noſtræ quod luceat Urbi: *l.* l. *Matth.* 5. v. 15.
Francofurtenſis conformi mente Senatus
Eligit hunc *Dignum*, Præſtantem & Scripta tenentem
Sic lucet Cunctis hic *Primus* in Urbe *Sacerdos*.

Eccè ſacri poſt hæc *Pollentia* Dogmatis æquo
Affectu ſuper Alta vocat velut ante *Magiſtri*
Pro Virtute dedit celſum Doctoris Honorem *m.* m. *Accipit Gradum Doctoratus.*
Frondeque magnificâ voluit circumdare Frontem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0005-2

Nam ſtudium & longis vigilatæ noctibus Artes
Promeritum Nomen Doctoris ferre dederunt:

Docta manus pariter ſtulta Deliria Sectæ
Sinſendorffianæ
Weislingrianæ) ut pugnantia Dogmata Legi *n.*
Quæque tot Errorum Rabiem vexerunt in Orbem
Conculcare ſtudet noctis ſcribendo per Umbras
Ingeniique ſui contra *Hos* intendere Nervos:
Sicque ejus decuit ſtudioſæ inſerrere Dextræ
Annellum meritum *Doctoris* Honore nitentem.

n. *Scribit contra Sinſendorffianos & Papiſtas.*

Holſteinienſis Princeps pòſt Scripta remittit
Primus ſit *Paſtor* ferventi mente precatur *o.*
Splendorem Inſignem ſubmiſſo abdicit Honore.

o. *Generalis Superintendens Holſteinienſis.*

Quos quos Pauperie Heu! ſua triſtia Fata premebant
Omnes ſuſcepit miſerandæ ſortis Alumnos
Dextra ejus fuerat præclara ad Præmia velox. *p.*

p. *Pater erat Pauperum,*

Vis data Conſilio armavit in Optima Rerum
Juſtitiæ ad Normam ſapienter Cuncta gubernans. *q.*

q. *Afflictorum & Conſilia petentium Conſiliarius optimus & indefeſſus.*

Dogmata qui Chriſti ſincero Corde docebant
Et qui ſpernebant fœdi Documenta Papatus *r.*
Hos Chriſti Servus charis ſuſcepit in ulnis;
Indignum & me me charis ſuſcepit in ulnis:
O! quoties mecum dubias decidere Lites
Indefeſſus erat ſplendorem oſtendere Legis;

r. *Patronus Proſelytarum.*

Sum ſatis expertus, Cunctis pro Numine teſtor
Me eſſe tuum *Jonathan* fideli mente tenentem
Indignum quoties me me Tua Dextra tenebat
Filiolo ah! quoties *Pater* hæc pia Verba ferebat:
Te Proſelytam tenero complector Amore:
Heus! modò Chare Pater! maturâ morte peremptus
In Cœlis iterum Te! Te! complectar Amore.

Eccè *Cedrus* crevit! ſic ſanctus *Doctor* abivit!
Sicque Fide invictus cœleſtia Limina ſcandit!
Atria ſic Domini felici morte potitur.

Natus 22. *Octobris* 1705.
Ætatis 55. *Menſ.* 8. *Dier.* 12.
Miniſterii Eccleſiaſtici 34.
Miniſterii Francofurtenſis 18.
Senioratus 13.
Denatus 4. *Julii* 1761.

Mors ultima Linea Rerum!

78 M 378

ULB Halle 3
003 076 938

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0008-8

PALMA EXALTATA
ET
CEDRUS ODORIFERA,
ARBORES CRESCENTES IN MONTE LIBANO.

ID EST,

JUSTI PLANTATI IN DOMO DOMINI.

IN

CONDUCTU MOESTISSIMI FUNERIS

… *IMI ET DOCTISSIMI VIR…*

AC

… DOMINI

…NIS PHILIPPI

…ESENII,

…OCTORIS, VENERANDI MINISTERI…
…II ASSESSORIS MERITISSIMI, PASTORIS
…IENTIA ET MERITIS GRAVISSIMI,

…NE HEROICO EXPOSITÆ

A

…REDO GUAITTA,

…PARENTATORE MOENO - FRANCOFURTENSI
ORDINARIO,
…PIRITUALIS FILIO EJUS SPIRITUALI
INDIGNO,
… SUO IN VIVIS EXIMIO.

…OFURTI AD MOENUM,
…RICI BAYRHOFFERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-466361-p0009-8